

133.

Fautori suo Optimo  
S. P.

Ioannes Bartsch.

Debitas Tibi persolvere nequeo gratias, nam obruor fere Tuis Tuæ non promeritæ in me benevolentiae testimoniis. Utinam scirein, quo me verterem; ego sane per Deorum omnium exercitum iuro me nunquam in tota mea vita expertum esse eiusmodi vitam tristissimam. Deliro fere ex lectione Boerh. et tamen nunquam satiatus et mecum ipse contentus recedo; Opprimor variis futurorum repræsentationibus, earumque dubiarum copia infinita. Nescio ipse quid velim. Video mihi nimis diu expectandum fore, ob intolerabilem Typographi tarditatem. Quid ergo? An Te Tuamque implorem Petueriam. Excusabis rogo maxime, si villas perturbato vnquam scripsi litteras, has profecto tristissimo. Vale.  
die ♂. vesp.

Ulanskript:

*A Monsieur  
Monsieur Linnæus  
Docteur en Médecine*

à

by myn Hr Cliffort.

Hartekamp.

Linn. Soc., Vol. I: 401--402.

134.

Fautor aestumatissime,

Gratias, quas Tibi debeo, maximas, vix vlli tantas agens, rogo summopere, vt caueas cras ad nos accedens ne Gronouio aut Lawsono vel verbulum dicas de hisce, quia ego Dno Andre<sup>1</sup> qui simul mecum fuit apud Boerhaavium fuit [!] dixi, quod ego litteras ex nostra patria ad illum pertulerim, eum consulendi caussa. Cras Tibi plura dicam, nondum ex Surinamia scribens. Vale. die ☿ I. B.